VICIPÆDIA

Carcharocles megalodon

Carcharocles megalodon est exstincta selachimorphorum species, quae abhinc circiter inter 23 et 2.6 milliones annorum, inter Miocaenum superius et Pliocaenum inferius vixit. Ante tempus recens disputatum erat de megalodontis taxinomia: alii putaverant id familiae Lamidarum (sicut *Carcharodon carcharias*); alii exstinctae familiae Otodontidarum esse. Hodie secunda opinio praevalet, sed de genere eius etiamnunc disputatur: hoc potest esse aut *Carcharocles*, aut *Megaselachus*, aut *Otodus*, aut *Procarcharodon*.

Eruditi censent *C. megalodontem* specie similem fuisse *Carcharodonti carchariae*, aut fortasse *Cetorhino maximo* vel *Carchariae tauro*. Unus erat ex maximis et validissimis praedatoribus omnis temporis; ex reliquiis eius fossilibus putatur eum longitudinem 18 metrorum attigisse. Maxillae poterant mordere vi inter 108 514 et 182 201 newtoniorum. Dentes erant crassi ac robusti, ad praedam captandam et ossa frangenda apti.

Megalodon penitus communitates marinas affecit. Fossilia monstrant id distributionem cosmopolitam habuisse. Veri simile est magnam praedam, ut balaenas, phocas, testudines marinos, venatum esse. Iuvenilia aquas tepidas litorales habitabtant, ubi piscibus et parvis balaenis vescebantur. Contra *Carcharodon carchariam*, qui mollem praedae ventrem aggreditur, megalodon magnis maxillis cavitatem pectoralem perfregisse et cor pulmonesque pupugisse videtur.

Varias ob causas megalodon exstinctum est. Cum magnis cetaceis, ut *Livyatan* et *Orcino citoniensi*, atque cum *Carcharodonte carcharia* ob praedam concertabat. Quoniam megalodon aquas tepidiores diligebat, creditur etiam refrigerationem et deminutionem marium, propter quas idonei nutricationis loci amissi sunt, ruinam eius partim effecisse. Insuper Mysticeti, principalis cibi fons, minus diversi facti sunt et ad regiones polares migraverunt. Exstinctio megalodontis alia animalia affecisse videtur; exempli gratia, magnitudo mysticetorum post megalodontis occasum multum auxit.

Bibliographia

- Kent, Bretton W. (1994). [(Textus (https://books.google.com/books?id={{{id}}}) apud *Google Books*) *Fossil Sharks of the Chesapeake Bay Region*].



Forma maxillarum megalodonis in Museo Americano historiae naturalis

Animalia — Chordata

Classis : Chondrichthyes

Ordo : Lamniformes

Familia : †Otodontidae

Genus : †*Carcharocles*

Species : †*C. megalodon*

Carcharocles megalodon

(Agassiz, 1843)

Palaeontologia

28–1.8 m.a.: Oligocaenum superius > Pleistocaenum inferius

praeЄ Є O S D C P T I K PgN

Synonyma

Genus *Carcharias*

- *C. giganteus*
- *C. grosseserratus*
- *C. incidens*
- *C. macrodon*
- *C. megalodon*
- *C. mexicanus*
- *C. polygurus*
- *C. polygyrus*
- *C. productus*
- *C. (Prionodon) incidens*

Genus *Carcharocles*

- *C. subauriculatus*
- *C. megalodon megalodon*
- *C. productus*

Genus *Carcharodon*

- *C. arcuatus*
- *C. branneri*
- *C. brevis*
- *C. costae*
- *C. crassidens*
- *C. crassirhadix*
- *C. crassus*
- *C. gibbesi*

Columbiae Terrae Mariae: Egan Rees & Boyer, Inc.. pp. 1–146. ISBN 978-1-881620-01-3.

- Dickson, K. A.; Graham, J. B. (2004). "Evolution and consequences of endothermy in fishes". *Physiological and Biochemical Zoology* **77** (6): 998–1018.

Nexus externi

Situs scientifici: • Fossilworks (http://fossilworks.org/bridge.pl?a=taxonInfo&taxon_no=202672)

Vide "***Carcharoclem megalodontem***" apud **Vicispecies**.

Vicimedia Communia plura habent quae ad ***Carcharoclem megalodontem*** spectant.

- *C. gigas*
- *C. helveticus*
- *C. humilis*
- *C. intermedius*
- *C. latissimus*
- *C. leviathan*
- *C. megalodon*
- *C. megalodon indica*
- *C. megalodon megalodon*
- *C. megalodon polygyra*
- *C. megalodon productus*
- *C. megalodon siculus*
- *C. megalodon yamanarii*
- *C. morricei*
- *C. polygurus*
- *C. polygyrus*
- *C. productus*
- *C. quenstedti*
- *C. rectidens*
- *C. rectideus*
- *C. semiserratus*
- *C. subauriculatus*
- *C. tumidissimus*
- *C. turicensis*

Genus *Megaselachus*

- *M. arcuatus*
- *M. auriculatus falciformis*
- *M. branneri*
- *M. brevis*
- *M. crassidens*
- *M. crassirhadix*
- *M. crassus*
- *M. gigas*
- *M. heterodon*
- *M. humilis*
- *M. incidens*
- *M. leviathan*
- *M. megalodon*
- *M. megalodon indicus*
- *M. polygyrus*
- *M. productus*
- *M. rectidens*
- *M. semiserratus*
- *M. subauriculatus*

Genus *Procarcharodon*

- *P. megalodon*
- *P. megalodon megalodon*

Genus *Otodus*

- *O. megalodon*
- *O. (Megaselachus) megalodon*

Genus *Selache*

- *S. manzonii*